

9 p. 00  
vacat  
8 m  
c/s

filiis existentibus patribus in vigore  
nec lamentantur hereditate dam-  
pnosa et proborum in pugna fama  
volans otium in futurum generat  
successoribus. procedemus igitur in no-  
mine magni dei victorie de iure pre-  
stantes adventum et ~~in~~ invicem in  
bello percurrere procurantes esse arma  
non permittatis in otio et si fortuitum  
ipsa deficerent strenas non differatis  
appetere ac supplere defectum etiam  
morsibus in subsidium.

Presidentibus itaque florentinis circa  
predictum castrum amici assumptis  
proiecerunt cum manganis pluribus  
in eodem et ut non possent in eodem  
stantes super recessu vel exitu cogitare  
quin mortis periculum incurrerent  
vel capture custodiebatur idem sem-  
per undique per custodes. Cum  
autem die quadam igneo radios  
emittente sole custodes inermes  
ad arborum quiescerent umbras  
pro labore festi. ecce senenses